UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

14. Energumenam liberat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

Visual Library

expletâ avidè vorat. O rem ſtu-
pendam ! Crederes helleborum
propinatum homuncioni, ita pur-
gatum ſubitò, & oleo tranquilliu
cerebrum illi deinceps ſtetit. Vide-
res non ultrà domo profugere, non
efferre pedem longiùs, quàm im-
peraret mater; mores ſuos compo-
nere denique, & modeſtiæ jam eſſe
ipſum exemplum.

14. Energumenam liberat.

Quæſo te, Lector bone, perſi-
hîc pauliſper & obdura, dum au-
dias, quod tacitus præterire non
poſſum. Convenerant puellæ ali-
quot, & more ſuo in cubiculo quo-
dam nugabantur. Earum una no-
vennis dum fortè ad capillos, q
nuper in morbo ei detonſi fuerant
manum admovet, & non ſatis p
nutu excreviſſe experitur, indign
ta, *Capillos iſtos*, ait, *malus dæmon a-*
ferat. Contubernales, quæ aderant
imprudentem pro merito arguer
at illa impudens etiam repeter
Malus dæmō capillos iſtos, quanti qua-
ti ſunt, auferat. Hæc aſperioribus ja
verbis caſtigare veſanientem : tu
illa furibunda tertiùm iterare; *Ca-*
pil-

pillos iſtos & ipſam me dæmon malus rapiat. Hæc verba elocutam diabolus occupat. Inde puella in pedes exilire velociter, ſtrepere, furere, & non obſcuris argumentis hoſpitem ſuum confiteri. Stupent omnes larvarum infernalem tragœdiam; & puellam paullò antè tam quietam, ita ſubitò in laſciviam infamem diſſolvi. Uſu venit ad ægrum deferri Euchariſticum epulum : vocant ergo familiares puellam ad oſtium, ut tranſeuntem Chriſtum ſalutet. Renuit illa : trahunt iſti etiam ingratiis, & in genua procumbere, atque adorare Deum jubent. Sed illa in contumelias nefandas effunditur, & exertâ linguâ ſanniſq; impiis eum irridet. Ut jam ſatis compertum eſſet, furiis infernalibus miſellam agitari. Ad ſacra ergo remedia itur. S. NICOLAI paniculum ſumendum offerunt. illa verò negat ſibi placere cibum, qui dentes nimio ſtupore ligaret. Vi in os illi immittitur : ſed eum exſcreat continuò. Subinde aquâ alius maceratur, & in guttur illi manibus vio-

 lentis

lentis apertum infunditur. Simul
de pane pauxillum ſtomacho illa-
tum eſt, poſuit ſæva illa tempeſtas,
mentique ſua malacia rediit. Ne-
vum & mirandum ſpectaculum.
Quæ anteà horrendùm vocifera-
batur, fremebat, frendebat, inſanie-
bat; nunc humi ſedet junctis placi-
dè manibus, manſueta, & tacita:
donec rogata, quis eam perſanaſſet,
Divum NICOLAVM nominavit.
Ducta ergo ad Sancti aram, ſalutem
ei ſuam pleno & pio ore gratula-
ta eſt.

15. Curat periculosè febrientem.

Sed dum foris tam multa mira-
mur, penè excidiſſent, quæ dom
non ita pridem evenêre multò ma-
ximè miranda. Adeſt ubique NI-
COLAVS invocatus; adeſt in omn
genere miſeriarum. Fuit in urb
Belgii, immò totius Europæ prin-
cipe, *Antverpiâ*, *Petrus Phaleſius*, à ty-
pographiâ Muſicis omnibus noti-
ſimus, non nemini civi à pietate
probitate. Is menſe Januario an-
ni ∞ IↃC. XIIX. jacebat in mor
limine, oppreſſus à violentâ febr
quæ effœtum ejus corpuſcul

(pl

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN